

ptis, a *Nebucadnezare*, *HIEROSOLYMI*, & *luc. c. 10. templo*,  
 eam, quoque, combustam esse. pronunciant. Priori qui ap-  
 plaudunt sententiæ, quasi, nempe, *Arca*, una cum *PROPI-*  
*TIATORIO*, in *Babyloniã* transporta fuerit, illi *Talmudis*,  
 ejusdemque *Babylonici*, auctoritate, potissimum, nituntur, cu-  
 jus, in *Tract. JOMA, Cap. V.* verba sunt: *מִשְׁנֵיטַל הָאָרוֹן* i.e.  
*ex quo ablata est arca.* Urgetur hoc testimonium in *GE-*  
*MARA, fol. 53.2.* ubi ad istud adnotatur: *מִשְׁנֵיטַל הָאָרוֹן*  
*אֵלָּא מִשְׁנֵיטַל חֶבֶן כְּמֹן דְּאָמַר אָרוֹן גְּלָהּ לְבַבְר דְּתַנְיָו רַ*  
*אֵלָּא מִשְׁנֵיטַל חֶבֶן כְּמֹן דְּאָמַר אָרוֹן גְּלָהּ לְבַבְר דְּתַנְיָו רַ*  
*Ex quo abscondita est ar-*  
*ca, non dicitur; sed ex quo ablata est arca: Siquidem quis*  
*dicit: Arca migravit, (deportata) est, Babelem.* Qui *Dr.*  
*Talmudicus, Rabbi ELIESER*, dicens: *Arca migravit Babe-*  
*lem.* Quo, autem, fundamento inductus ille fuerit, ut  
 ita, sentiat, statim adjicitur: *שְׁנַאמַר וְהַתְּשׁוּבָת שְׁנָה שְׁלֹחַ*  
*הַמֶּלֶךְ נְבוּקַדְנֶאצַּר וַיְבִיאֵהוּ בַבְּלָה עִם כָּלֵי הַמִּזְבֵּחַ בֵּית יְהוָה:*  
*Quod dicitur: Et vertente, anno, misit Rex, Nebucad-*  
*nezar. & venire fecit eum, nempe, JOSIAM, Babelem,*  
*cum omnibus vas, desiderabilibus, domus domini.* Hæc  
 verba leguntur *2. Chron. XXXVI. v. 10.* Hisce vasis desi-  
 derabilibus, omnino, etiam, *כְּפֹרֶת*, seu, *PROPI TIATORI-*  
*UM*, annumerandam esse, in eadem, *Gemara*, Doctores  
 existimabant. Confirmatur ista sententia, testimonio, quo-  
 que, atque suffragio, *R. SIMEONIS*, de quo legimus: *רַשִׁי*  
*בֶּן יוֹחָי אָמַר אָרוֹן גְּלָהּ לְבַבְר דְּאָמַר אָשֵׁר דְּאָ יוֹתַב דְּכַר*  
*אֵלָּא מִשְׁנֵיטַל חֶבֶן כְּמֹן דְּאָמַר אָרוֹן גְּלָהּ לְבַבְר דְּתַנְיָו רַ*  
*i. e. Rabbi SCHIMEON, Filius JOCHAI, dicit;*  
*Arca migravit Babelem; Quod dicitur; Non relinquetur*  
*quidquam, dicit Dominus.* Desumpta hæc verba sunt ex *2. Reg.*  
*XX. v. 17.* Ex his iisdem, enim, concluditur, quod si nihil, o-  
 mnino, in *Templo*, quod non *Babelem* deportari debuerit,  
 remanserit, *PROPI TIATORIUM*, quoque, remanere non  
 potuerit. Roborari hoc assertum, in primis, videri poterat,  
 ex

ex